Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26110
Copyright: Admont, Benediktinerstift



interrogas instruendus ausculta. Gothorū mul
titudine nec aduersitate turbaberis quia cito
securus eis discedentibus tu desiderata prosperi
tate regnabis. Tantū ne humilitatis meę mo
nita pretermittas. Non te itaq; pigeat pacē ap
petere etiā inimicorū numq̄ propriis uirtuti
bus innitaris. Maledictus homo dicit scrip
tura qui confidit in homine et ponit carnē
brachii sui et a dno recedit cor eius. Disce
igitur insidias cauere non ponere in lectulo
quippe tuo pacifico fine transibis. Qui cum
tali animatus oraculo lęus abscederet per lato
sibi qd turba latrocinantiū et barbari aliquos
captiuassent ex rugis [illegible] uirū dī misit
protinus consulendū, qui scīs eū mandatis ne
prędones sequeretur dno sibi reuelante pmonuit
dicens. Si eos insecutus fueris occideris. Caue
ne amnem transeas et insidiis quę tibi tribus
locis paratę s. in prouida mente succumbas.
Nā cito nuntius fidelis aduenit qui te de his
omnibus efficiat certiorē. Tunc duo captiuorū
ab ipsis hostiū sedibus fugientes [illegible] ea per ordinē
reuulerunt quę a beatissimo uiro xpo sibi
reuelante pdicta erant. Igitur frustratis insi
diis aduersantiū flaccitheus incrementis auctus
prosperioribus uitā rebus tranquillissimis terminauit.
Post hęc autē quidā rugus genere per annos